



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 187. Nannetensis Episcopus a Parisiensi Curia exauctoratus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

bus tuebantur. Caroli quoque Noverca
 illius opprimendi studio accensa, non pa-
 rum diffensionum flammam auxit, patris-
 que animum adversus eum acrius concitavit, unde implacabile odium, & sæ-
 vissimum exarsit bellum. Carolus Prin-
 ceptis prælio contra Patrem suum inito
 devictus, captusque est; paulo post ta-
 men libertati asserebatur, Arragonensi-
 bus inter utrumque pacem concilianti-
 bus. Verum haud diu concordia tenuit,
 novis mox turbis ex nimia Patris cupi-
 ditate, & improba Filii indignatione
 conflatis.

§. CLXXXVII.

*Nannetensis Episcopus a Parisiensi
 Curia exauditoratus.*

Præsens annus luculentum nobis sup-
 peditat eximii fervoris specimen, quo
 Parisiensis Senatus Ecclesiæ Gallicanæ
 libertates continuo tueri allaborat. Gui-
 lielmus de Maletroito Nannetensis Epis-
 copus a quodam Caroli VII. edicto Ro-
 mam provocavit. Senatus postulante
 Procuratore Generali Episcopum propter
 suam appellationem temporalibus Epis-
 copatus bonis lata sententia exuit, caus-
 satus, Ecclesiæ Gallicanæ privilegia, ac
 primarias regni leges violatas esse, quæ
 ejusmodi provocationes penitus inhibe-
 rent, eoquod Rex nemini præterquam
 soli

Sæcul. XV.
 A. C. 1456.

*Theaur.
 Chronol.
 P. Romualdi
 Folietan. ad
 ann. 1455.*

Sæcul. XV. foli Deo in temporalibus auctoritatem
 A.C. 1456. suam in acceptis referat, nec alium supe-
 riorem se in terris agnoscat. Eodem
 quoque decreto declaratum fuit, minime
 dubiam esse summi Pontificis auctori-
 tatem, vi cuius idem servata juris forma
 Regem anathemati subijcere posset, non
 tamen Papæ datum, ut illum regno pri-
 vare, illudque primo occupanti conferre,
 vel subditos fide sibi data liberare vale-
 ret. Præterea statutum fuit, quod
 non in alio tribunali, quam in Regis cu-
 ria de ejusdem juribus causa dijudican-
 da foret, ac Episcopis a Regiis decretis
 atque edictis appellandi, eademque per
 summos Pontifices irrita ac nulla de-
 clarandi adeo nullum competeret jus,
 ut nequidem inconsulto Rege eis inte-
 grum esset, regno excedere, minus vero
 summis Pontificibus Regis subditos co-
 ram se in jus vocare liceret. Talia Pro-
 curator Generalis exposuit. Episcopus
 vero Ecclesia Nannetensi se abdicavit, il-
 lamque Nepoti suo cessit, concessio sibi a
 Pontifice Theffalonicensis Archiepiscopi
 titulo. Hæc tamen primum sub Pii II.
 Pontificatu anno millesimo quadringen-
 tesimo sexagesimo secundo gesta
 novimus.



HISTO-